

**XXXVI.—Generic characters of an undescribed Australian Fish.**  
 By JOHN RICHARDSON, M.D., F.R.S. &c., Medical Inspector  
 of Naval Hospitals.

*Forma compressissima, circumscriptione laterali semiparabolica : facie frontata oblique retro descendentis.*

*Os parvum, rictu fere horizontali, parum declivi. Maxilla inferior porosa, cirris minimis parce praedita.*

*Dentes minutissimi (microscopici), arenacei in maxillis utrisque, ossibusque pharyngeis stipati. Lingua, vomer, palatumque læves.*

*Oculi laterales in summa gena positi.*

*Ossa capitis opercularumque inermia, sulcatim insculpta.*

*Os preorbitale membro tenui verticali, disco infero dilatato insculpto. Catenula suborbitalis membranaceo-tubulata, nec ossea, oculo remota, e disco preorbitalis ad tempora, genam transcurrentes.*

*Apertura branchialis ampla, postice infraque etiam intra ramos maxillæ inferioris, ad mentum usque, extensa; super operculum clausa. Membrana branchiostega superne apiculata, infra nec isthmo annexa nec cum pari suo conjugata; radiis sex sustenta.*

*Squamæ nullæ. Cutis laevissimus. Linea lateralis postice summum dorsum attingens. Anus medianus, papilla nulla.*

*Pinnæ pectorales satis magnæ, pauciradiatae, humiles, positione, forsitanque functione ventrales pinnas quæ desunt simulantes; radiis tenuibus, indivisis, articulatis.*

*Pinna dorsi pinnam *Agriopi* referens, per totum dorsum ab extremitate ante oculos ad pinnam caudæ usque, cui membrana conexa, regnans; radiis ejus et pinnis ani articulatis, attenuatis vix a radiis non articularibus, oculo nudo dignoscendis.*

*Pinna ani a pinna caudæ discreta. Radii pinnæ caudæ indivisi, tenues, articulati.*

*Obs.—Anatomia ignota. Vertebræ circiter 35, quarum 18 ad caudam pertinentes. Nescio an inter Gobiidas an cum Blenniidis recessus sit *Patæcus*\*. In forma corporis pinnæque dorsi, necnon in sculpturis ossium capitis analogiam *Agriopo* exhibet ut affinis ejus *Chænicthys. Triglam* simulat.*

*PATÆCUS FRONTO, species unica adhuc detecta.*

*RAD.—Br. 6; D. 24|16; A. 11|5; C. ; P. 8.*

*Icon. Zoology of the Voyage of the Erebus and Terror, plate —?*

*Hab. Southern Australia. A specimen presented to the British Museum by Governor Gray.*

\* Th. παταικος, simulacra deorum Phœnicum in puppibus.